Conſultationum SAXONICARVM AD ILLVSTRES ET GRAVISSIMAS, EASQVE VARIAS IVRIS VTRIVSQVE COMMVNIS, NEC NON SAXONICI QVÆSTIONES HABITARVM, ET A CELEB. Wittembergenſis & Lipſenſis Scabinatuum Adſeſſoribus, iuſſu Elect. Saxon. Auguſti deciſarum,

LIBRI QVINQVE

QVORVM:

I. Contractuum, vel quaſi, vt & Præſcriptionum & Feudalium controuerſiarum Quæſtiones varias:
II. Matrimonialium caſus controuerſos:
III. Succeſſionum Teſtati & Inteſtati materiam:
IV. Iudiciarium Ordinem:
V. Delicta & Criminalia complectitur.

OPVS RECONDITÆ ERVDITIONIS, ET VERE AVREVM, OMNIbus in foro, & Iudicum ſubſellijs verſantibus, ſumme vtile & neceſſarium.

Editio ſ·cunda.

QVA QVÆSTIONES PRIORE EDITIONE QVINQVE voluminibus contra exactæ methodi rationem hinc inde diſiectæ, nunc primum certis materiarum claſſibus & ſedibus reſtitutæ, ſuperfluæ reſciſſæ, & conuenienti quæq; ordine digeſtæ habentur:

Studio & Opera

PETRI FRIDERI MINDANI, IC.

ADIECTO DVPLICI INDICE QVÆSTIONVM PRIORE, poſteriore rerum & materiarum.

De la lib.a del Coll.o m.or de Cuenca

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

FRANCOFVRTI

Ex Officina Typographica Nicolai Hoffmanni,

ſumptibus Hæredum Iacobi Fiſcheri.

M. DC. XVI.

CONSVLTATIONVM SAXONICARVM,

AD ILLVSTRES, GRAVISSIMAS, ET CONTROVERSAS, IVRIS CVM PVBLICI, *tum Saxonici Quæſtiones habitarum:*

LIBER PRIMVS.

De Contractibus, vel quaſi, vbi & Feudales, & Præſcriptionum materiæ.

QVÆSTIO I.

An iuri offerendi, ſeu reluendi pignoris, tum retrouendendi vel reemendi, præſcribatur.

Ad huius quæſtionis conſultationem, ipſo in limine notandum: quod clariſſimi Iureconſulti Saxonici nonnihil diſſenſerint. Witebergenſes enim negatiuam tenuerunt, Lipſenſes affirmatiuam: Alii vero inter ius offerendi, & retrouendendi, ſeu reemendi diſtinxerunt: prout ſequentibus tribus conſultationibus videre forſan non abs re fuerit: quantumuis Sereniſſ. D. Elector Saxoniæ d. negatiuam generaliter receperit p. 2. Conſtit. 1.

CONSVLTATIONIS I.

SVMMARIA.

1 *An iuri offerendi præſcribatur.*
2 *Affirmatio.*
3 *Negatio.*
4 *Reijcitur obiectio variæ acceptionis vocabuli* Quandocunque vel perpetuo *iure, & quod reſtringi debeat ad 30. annos.*
5 *Intentio contrahentium non extendenda nec reſtringenda eſt contra voluntatem eorum.*
6 *Emptor ſciens offerendi pactum, ſemper eſt in mala fide.*
7 *Correctio Iuris Ciuilis ob conſcientiam ſeruanda eſt in vtroque foro.*
8 *Deciſionem quæſtionis huius merito etiam ad heredes & ſucceſſores ipſius defuncti extendendam eſſe.*
9 *Vitium reale impedit in ſucceſſore & herede præſcriptionem.*
10 *Et vitium perſonale impedit præſcriptionem in iiſdem vniuerſalibus.*
11 *Heres ſuccedit in ius defuncti, eiuſque perſonam repræſentat.*
12 *Intereſt heredis, ne fama defuncti laceſſatur.*
13 *Clauſula* ſemota præſcriptione *non habet locum in centenaria, & Practica Cameræ ſe vltra 100. annos non extendit.*
14 *Quod ab initio non valuit, non poteſt vllo tempore conualeſcere. Sine poſſeſſione non procedit præſcriptio.*
15 *Quæ in iudiciis obſeruata ſunt, temere non immutabuntur.*
16 *Qui ſub pacto de retrouendendo fundum emit, & alteri velut proprium vendidit, is ſtatuto tempore præſcribit.*
17 *Quando mutata eſt poſſeſſio, tunc iuri offerendi præſcribitur.*
18 *Præfertur certans de euitando damno illi, qui captare vult lucrum.*
19 *Contra naturam eſt cum alterius iactura locupletari.*
20 *Regula Theologorum tenenda.* Quando in iure contrariæ opiniones occurrunt, illa ſequenda eſt, quæ Decalogo vicinior. *Mouet dubium in pignore, an facultati offerendi præſcribatur, quam in pacto de retrouendendo.*
21 *Res poſſeſſor ſeu emptor non adeo malæ fidei eſſe præſumitur, ſicuti is, qui realiter poſſidens pignus.*

Quan-